ge nunc ulterius dic', quod præd' Major & Communitas, ac Cives civit' London præd' assumentes super se fore corpus corporat' & politicum, ac ratione inde potestatem & auctoritatem, habere ad seipsos insimul convocand', & assibland' ad bona & salubria leges, ordines, & ordinat', legibus & statutis hujus Regni Angl' minime repugnan' sive contrar', faciend' & constituend' pro meliori regim' & gubernat' Civit' præd' ac civium & inhabitant' ejusdem civitat', ac pro conservat' pacis Dom' Regis infra civit' præd', iidem Major & Communitas, ac Cives civit' London præd', sub colore & prætextu inde, eorum privatum lucrum & commodum solum respicien', contra fiduciam in corpore corporato & politico per Dom' Regem & Leges hujus Regni Angl' reposit', assumpser' illicitam & injustam potestatem & auctoritat', ad denar' de subdit' ac ligeis Dom' Regis nunc levand' ad usum ipsorum Majoris & Communitat' ac Civium civitat' London præd' propr', colore legum sive ordination' per ipsos de facto ordinat' & stabilit', absq; aliquo alio jure, titulo, sive auctoritate quibuscunq; ac in prosecution' & execution' hujusmodi illegalis & injustæ potestat' & auctoritat' per ipsos sic usurpat', iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London præd', die Jovis decimo septimo die Septembris, Anno Regni dict' Dom' Regis nunc vicesimo sexto, in eorum Communi Concilio ad tunc tent' in Camera Guildhall civit' London præd' (viz.) in Paroch' Sancti Michaelis Bassishaw London insimul assiblat' fuer', condider' & publicaver' quandam Legem, per ipsos de facto inactitat', pro levatione separalium denar' summar', de omnibus subdit' ac Ligeis Dom' Regis nunc, tam liberis quam non liberis hominibus Civit' præd', & aliis extraneis ad publica Mercata infra Civitat' præd' tent' acceden' cum victual' & provisionibus suis ibidem vendend' (viz.) de qualibet persona pro quolibet onere equino (Angl' *Horse-load*) provision' in aliquod public' Mercat' infra Civit' præd' per ipsum importat' ibidem vendend', duorum denar' per diem, & pro qualibet canistra (Angl' *Doffer*) provision' in aliquod Mercat' præd' ibidem vendend' importat' unius denar' per diem, & pro qualibet caretata provision' tract' cum non plur' quam tribus equis in aliquod Mercat' præd' ibidem vendend' importat', quatuor denar' per diem, & pro qualibet caretata provision' tract' cum quatuor equis vel plur' in aliquod Mercat' præd' ibidem vendend' importat', sex denar' per diem, ac diversarum al' denar' sum' de quibuslibet personis, quæ aliqua victualia sive provision' ad Mercat' infra civit' London præd', seu eorum aliqua vel aliquod importarent ibidem vendend', ac per eandem legem sic per eos illegalit' fact' iidem Major & Communit' ac Cives civit' London præd' de facto ordinaver', quod eadem separal' denar' summar' solut' forent ad propr' opus & usum præfat' Majoris & Communitat', ac Civium civit' London præd', ac quod si aliquis in Mercat' præd' existen' cum victual' sive provisionibus suis ibidem vendend' reculeret, sive differret solvere respectivas ratas præd', tunc talis recusans sive differens amot' foret a loco suo Mercat' præd'. Et ulterius idem Attorn' dict' Dom' Regis nunc General' pro eodem Dom' Rege nunc dic', quod præd' Major & Communitas, ac Cives civit' London præd' sub solo colore & prætextu legis præd', sic per ipsos pro eorum privato lucro & commodo illegalit' fact', & absq; aliquo alio jure, titulo, sive auctoritate quibuscunq; diversas ingentes denar' Summas, in toto sc. attingen' ad

quinq; mille libras per annum, per spatium septem annorum post præd' decimum septimum diem Septembris, Anno vicesimo sexto suprascripto prox' sequen', & amplius, apud London præd' in Paroch' præd', de omnibus Dom' Regis ligeis & subditis ad publica Mercata per totum spatium præd' infra Civit' præd' tent', cum victualibus & provisionibus ibidem vendend' accedentibus, exegerunt, levaver', & exigi & levari fecerunt, & denarios illos ad eorum proprios usus converterunt & disposuerunt, in subversionem boni regiminis & gubernationis Civitatis præd', & in magnam oppressionem & depauperation' subditor' dic' Dom' Regis nunc ad Mercat' prædict' cum victualibus & provision' suis acceden' & venien', ad grave dampn' & nocument' omnium Ligeorum & subdit' dict' Dom' Regis, in augmentac' preciorum omnium victual' & provision' in Mercatis præd' vendit', ac in dict' Dom' Regis nunc & Coronæ suæ Regiæ exhæredation' manifestam, ac contra fiduciam in corpore corporat' & politico per Dom' Regem ac Leges hujus Regni Angl' reposit'. Et ulterius idem Attorn' dicti Dom' Regis nunc General' pro eodem Dom' Rege nunc dic', quod ubi Sessio Parliamenti Dom' Regis nunc per Prorogation' tent' fuit apud Westm' in Com' Middlesex super vicesimum primum diem Octobris, anno Regni dicti Dom' Regis nunc tricesimo secundo, ac ibidem continuat' usq; decimum diem Januar' tunc prox' sequen', ac super eodem decimo die Januarii, anno Regni dict' Dom' Regis nunc tricesimo secundo suprascript' apud Westminst' præd' idem Parliamentum prorogat' fuit per dict' Dom' Regem nunc usq; vicesimum diem tunc instantis Januar', præd' Major & Communitas, ac Cives civitat' London præd' postea scil' die Jovis decimo tertio die Januar' anno Regni dict' Dom' Regis nunc tricesimo secundo suprascript', in eorum Communi Concilio tent' in Camera Guildhall Civit' præd', viz. in Paroch' Sancti Michaelis Bassishaw London præd' assiblat', illicite, malitiose, advise, & seditiose, & absq; aliqua legali auctoritate in se assumpser' ad censend' & judicand' dict' Dom' Regem nunc, & Prorogation' Parliamenti per dict' Dom' Regem nunc sic fact'. Ac ad tunc & ibidem iidem Major & Communitas ac Cives civitat' London, sic in eodem Communi Concilio assiblat', vota & suffragia sua deder' & ordinaver', quod quædam Petitio sub nomine Majoris, Aldermannorum & Commun' civit' London in Communi Concil' assiblat', dicto Dom' Regi nunc exhibit' foret, in qua quidem Petitione content' fuit, quod per præd' prorogation' Parliamenti præd' prosecutio Justic' publicæ hujus Regni ac præparatio (Angl' *the making provision*) necessar' pro præservation' dicti Dom' Regis nunc, ac ejus suoditorum protestantium recepissent obstruction' (Angl' *Interruption*) & iidem Major & Communitas ac Cives civitat' London, præd', in Communi Concilio præd', sicut præfertur, assiblat', illicite, malitiose, advise, & seditiose, & ea intentione, quod eadem Petitio public' & dispersa foret inter subditos dict' Dom' Regis nunc fideles ad ipsos in opinion' intacer', quod idem Dom' Rex nunc per prorogation' Parliamenti præd' publicam Justic' Regni obstruxisset, & ad eosdem Subditos dict' Dom' Regis incitand' in odium personæ dict' Dom' Regis, & gubernation' in hoc regno stabilit', & ad perturband' pacem & tranquillitat' in hoc Regno Angl' ad tunc & ibidem ordinaver', quod eadem Petitio sic continen' seditiosam & scand'.

scandalosam materiam præd' impress' foret, ac postea scil' die & anno ult' supradict', apud London præd' in Paroch' præd' eandem Petition' ea intentione, quod eadem publicat' & dispers' foret inter subdit' dict' Dom' Regis nunc ad affectiones suas a dict' Dom' Rege nunc & gubernation' sua alienand' & divertend', malitiose, advisate, & seditiose, impresser' & imprimi & publicari fecer' & causaver', in contempt' & scandalum dict' Dom' Regis nunc ac gubernation' suæ hujus Regni Angl', ac in promotion' & excitation' seditionis, & perturbation' pacis & tranquillit' infra hoc Regnum Angl', & in perniciosum aliorum Dom' Regis nunc Subdit' & Ligeorum exemplum, per quod idem Major & Communitas ac Cives civitat' London præd' libertat', privileg', & franchis', præd' fore de seipsis corpus corporat' & politicum, per nomen Majoris & Communitat' ac Civium civitat' London forisfecer', præd' tamen Major & Communitas ac Cives civitat' London præd' postea, scil' per tempus superius in Informatione præd' specificat', libertat', privileg' & franchis' ill' super dict' Dom' Regem nunc usurpaver' & adhuc usurpant, prout per Information' præd' superius versus eos supponitur. Et hoc idem Attorn' dict' Dom' Regis nunc General' pro eodem Dom' Rege nunc parat' est verificare, unde petit judicium, & quod præd' Major & Communitas ac Cives civitat' London de præmiss' præd' convincantur, ac de libertat', privileg' & franchis' ill' abjudicentur & excludantur, &c. Et quod placitum præfat' Majoris & Communitat' ac Civium civitat' London præd', quoad libertat', privileg' & franchis' præd' per ipsos superius clamat' (viz.) ipsos habere Vicecom' Civit' & Com' civit' London, & Vicecom' Com' Midd', & nominare & eligere ex seipsis duas personas fore Vicecom' Civit' præd', & Com' ejusdem Civit', & Vicecom' Com' Midd', ac illos sic nominat' & elect' præficere & constituere Vic' Civit' præd' & Com' ejusdem Civit', & Vic' Com' Midd', ac ut Vicecom' Civitat' præd' & Com' ejusdem Civitat' ad execution' & retorn' omnium brevium, billarum & præcept' Dom' Regis pro Administration' & Execution' Justitiæ infra Civit' præd' & Com' ejusdem Civit', exequend' & faciend' quæ ad Officium Vic' faciend' pertinent, ac ad faciend' & exequend' omnia & singula alia infra Civit' præd' & Com' ejusdem Civit', quæ ad Officium Vicecom' faciend' pertinent, ac Vicecom' Com' Middlesex pro eod' Com' deservitur, ac omnia breviam, billas, & præcept' Dom' Regis infra Com' Middlesex præd' pro Administratione & Executione Justitiæ ibidem exequend' & retorn' inde faciend', quæ ad officium Vic' faciend' pertinent, superius placitat': Necnon quoad placitum præfat' Majoris & Communitat' ac Civium civitat' London præd', quoad libertat', privileg' & franchis' per ipsos superius clamat' (viz.) Major dict' Civitat' & hujusmodi Alderman' ejusdem Civitat', qui Officium Majorat' Civit' illius sustinuer', ac inde fuer' dimissi, ac tres Alderman' sen' Civit' præd', qui diutius in officio Alderman' Civit' præd' steter'; & onus & officium Majorat' Civit' præd' non sustinuer', fore justiciar' Dom' Regis ad pacem infra Civit' præd' conservandam, ac ad Session' pacis & placita Coronæ (scilicet) talia placita Coronæ, qual' Justiciar' Dom' Regis ad pacem conservand' assign' legitime tenere possent, infra eandem Civitat' tenend', ac ad omnia Felon', Riot', Rour' & Conventicul' illicit'

infra Civitat', præd' inquirend', audiend', & terminand' superius placitat', idem Attorn' Dom' Regis nunc General', qui pro eodem Dom' Rege in hac parte sequitur, pet' licenc' inde interloquend' coram Dom' Rege usq; a die Sancti Michaelis in tres septimanas ubicunq; &c. Et ei conceditur, &c. idem dies dat' est præfat' Major' & Communitat' Civibus civit' London præd', &c.

Et præd' Major & Communitas, ac Cives civitat' London, quoad præd' placit' præd' Attorn' dicti Dom' Regis nunc generalis, in assign' forisfactur' libertat', privileg', & franchis' sequen', videlicet, ipsos Majorem & Communitat', ac Cives civitat' London, fore de seipsis unum corpus corporat' & politicum in re, facto, & nomine, per nomen Majoris & Communitat', ac Civium civitat' London, ac per idem nomen placitare & implacitari, respondere ac responderi, per ipsos superius clamat', superius replicando placitat' protestando, quod placit' illud, ac materia in eodem content', minus sufficien' in lege existunt ad ipsos Major' & Communitat', ac Cives civitat' London, de libertat', privileg', & franchis' illis abjudicand' sive excludend'; protestando etiam, quod nullus actus vel factum, neque aliqua ordinatio (Angl' *By-Law*) per Commune Concilium, vel per Majorem, Aldermannos, & Commune Concilium civitat' præd' confect', est actus vel factum corporis corporat' & politici præd'; protestandoq; etiam, quod ipsi præd' Major' & Communitas, ac Cives civitat' London, contra fiduciam in eis reposit', nunquam assumpser' super se aliquam illicitam vel injustam potestatem, ad denar' de subditis & ligeis Domini Regis levand' ad privat' lucrum & commodum ipsor' Majoris & Communitat', ac Civium civitat' London, colore legum sive ordinationum per ipsos fact' sive ordinat', prout præd' Attorn' dicti Dom' Regis nunc generalis, pro eodem Dom' Rege superius suppon'; protestandoque ulterius, quod iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London non levaver' seu exeger' tantas denar' summas per annum, de personis ad publica mercata infra civitat' præd' tent', cum victualibus & provisionibus ibidem venden' acceden', quant' dictus Attorn' generalis pro eodem Domino Rege superius allegavit. Pro placito tamen, quoad confectio' & publication' legis pro levatione denarior' de personis ad publica mercata infra civitat' præd' tent', cum victualibus & provisionibus ibidem venden' acceden', ac exactionem & levation' hujusmodi denar' superius fieri supposit', iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London dicunt, quod Civitas London præd' est, & a tempore cujus contrar' memoria hominum non existit, fuit summa & capitalis civitas & metropolis, ac principalis portus hujus regni Angl', & in civibus & inhabitantibus maxime populosa, & in concursu hominum tam ligeor' Dom' Regis, quam extraneor' copiosissima, emporiumque totius Europæ celeberrimum; quodq; habentur & tenentur, & a tempore cujus contrar' memoria hominum non existit, habebantur & tenebantur publica mercata infra civitat' præd' pro victualibus & provisionibus adinde adduct' ibidem vendend'; quodque ipsi præd' Major & Communitas, ac Cives civitat' London præd', decimo septimo die Septembris, anno vicesimo sexto supradicto in replicatione præd' mentionat', necnon continue postea, & a tempore cujus contrar' memoria hominum non existit, seizit' fuer', & adhuc seizit' existunt, de & in publicis mercatis præd' in Dom'

Dom' suo, ut de feodo, ac per totum idem tempus sumptibus suis propriis provider', ac providere consuever' & debuerunt, fora mercatoria, sive loca ubi hujusmodi mercata tent' fuer', quotiescunque necesse fuit, & stallas, stationes, & al' accommodationes pro personis ad eadem mercata venien' cum victualibus & provisionibus ibidem vendend', pro meliori & magis convenien' venditione & expositione eorundem, & supervisores, & alios officarios mercatorum illorum, pro preservatione boni ordinis in eisdem mercatis, & meliori regulatione eorundem, & magni concursus populi adinde confluen', ac emundaverunt, & emundare consueverunt & debuerunt, fora mercatoria praedicta, & pro sustentatione dictorum sumptuum suorum per totum tempus praedictum habuer' & perceper', ac habere & percipere consuever', diversas rationabiles tolnet', ratas, sive denariorum summas de quibuscunque personis ad mercata praed', sicut praefertur, venien', pro stallis, stationibus, & aliis accommodationibus per eas pro venditione, expositione hujusmodi victualium & provisionum in mercatis illis habit'. Et iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod cives & liberi homines civitatis praed', praedicto decimo septimo die Septembris, anno vicesimo sexto supra dicto, & semper fuer', & adhuc existunt valde numerosi, videlicet, quinquaginta mille homines, & plur'; quodque infra dictam civitat' London, videlicet, apud praed' Parochiam sancti Michaelis Bassishaw, a tempore cujus contrar' memoria hominum non existit, habebatur & fuit Commune Concilium ejusdem civitatis, de tempore in tempus, quoties necesse fuit, in eadem civitate assemblat', consistens de Majore & Alderman' dictae civitatis pro tempore existen', ac de quibusdam Civibus existen' liberis hominibus civitatis illius, non exceden' numerum ducentar' & quinquagintar' personarum, e civibus & liberis hominibus civitat' praed' annuatim elect', fore de Communi Concilio illo, qui quidem Cives sic elect' in hujusmodi Communi Concilio vocantur Communiarii (Angl' *Commons*) civitat' London. Quodque infra civitat' praed', videlicet, apud praed' parochiam sancti Michaelis Bassishaw, habetur & existit, & a tempore cujus contrar' memoria hominum non existit, habebatur & fuit talis consuetudo usitat' & approbat', videlicet, quod Major & Alderman' dict' civit', ac hujusmodi Cives sic elect' fore de Com' Conc' ejusdem civitatis pro tempore existen', in Communi Concilio suo infra civitat' ill' assemblat', a toto tempore supra dicto, secundum consuetudinem civitat' praed', fecer' & constituer', ac facere & constituere consuever' & possunt, ac potuer', leges & ordinationes pro meliori regulatione & gubernatione publicor' mercator' infra civitat' praed', ac pro appunctuatione convenien' locor' & tempor', quando & ubi infra eandem civitat' mercata illa tent' fuerint, & pro assensione, & in certitudin' reductione rationabilium tolnet', ratar', sive denar' summarum solvend' per personas ad eadem mercata venien', pro stallis, stationibus, & aliis accommodationibus per eas pro venditione, expositione victualium & provisionum in mercatis illis habit', quoties & quando eis videbitur expediri; dum tamen leges & ordinationes hujusmodi Dom' Regi & populo suo sint bonae fidei, & rationi consonae, ac legibus & statut' hujus regni Angl' minime contrar'. Quodque in Magna Charta de libertatibus Angl', in parlamento

Dom' Henrici quondam Regis Angl' tertii, apud Westm' in Com' Middlesex, anno regni sui nono tent', edit' & provis', continetur, quod civitas London habeat omnes libertates suas antiquas, & consuetudines suas; & iidem Major & communitas, ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod Dom' Edwardus quondam Rex Angl' tertius, in parlamento suo apud Westm' in com' Midd', anno regni sui primo tent', per quandam chartam suam de assensu Praelator', Comitum, Baronum, ac totius Communitatis regni sui, in eodem parlamento suo apud Westm' praed' convocat' existen', ac autoritate ejusdem parlamenti, confirmavit tunc Civibus civitat' London praed' libertates subsequen' (inter alia) habend' sibi & successoribus suis in perpet', imprimis recitando, quod cum in Magna Charta de libertatibus Angl' contineatur, quod civitas London habeat omnes libertates suas antiquas, & consuetudines suas, & quod iidem Cives tempore confectionis dictae chartae, ac temporibus sancti Edwardi Regis & Confessoris, & Will' Conquestoris, & al' progenitor' dicti Regis Edwardi tertii, diversas libertates & consuetudines, tam per chartas ipsor' progenitorum suorum, quam sine chartis ex antiqua consuetudine habuissent, voluit & concessit idem Rex Edwardus tertius pro se, & haeredibus suis per chartam ill', autoritate praed', quod iidem Cives haberent libertates suas secundum formam Magnae Chartae supra dictae, prout per eandem chartam geren' dat' apud Westm' praed' sexto die Martii, anno Regni dicti Regis Edwardi tertii primo supra dicto, sub magno sigillo suo Angl' sigillat', hic in cur' prolat' (inter alia) plenius apparet. Et iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod ad instant' & requisitionem Communitatis regni Angl' in parlamento Dom' Richardi nuper Regis Angl' secundi post Conquest', apud Westm' praed' anno regni sui septimo tent', assemblat' pro majori quiete & pace inter ligeos ejusdem nuper Regis lovend', & pro bono publico, omnes consuetudines, libertates, privileg', & franchis' civitat' praed' tunc Civibus civitat' praed', & eorum successoribus, autoritate ejusdem parlamenti ratificat' & confirmat' fuer'. Quodque praedictus Dominus Rex nunc, per literas suas patentes sub magno sigillo suo Angl' sigillat', geren' dat' apud Westm' praed' vicesimo quarto die Junii, anno regni sui decimo quinto, quas iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London hic in cur' proferunt pro ipso Rege, haered' & successoribus suis, ratificavit & confirmavit Majori & Communitati, ac Civibus civitat' London, & successoribus suis, omnia & singula jurisdictiones, autoritat', privileg', libertates, franchis', quietantias, immunitates, & consuetudines quaecunque, quae praefat' Major & Communitas, ac Cives civitat' London, vel praedecessores sui, per nomen Majoris & Communitat', ac Civium civitat' London, seu per nomen Majoris, Alderman', Civium & Communitat' London, seu per nomen Majoris & Civium civitat' London, seu per nomen Major' & Communitat' civitat' London, seu per nomen Civium civitat' London, seu per nomen Baron' London, seu per nomen Baron' civitat' London, seu per aliquod aliud nomen quodcumque ratione vel vigore literar' patent', chartar', seu confirmation' in eisdem literis patentibus dicti Dom' Regis nunc praementionat', vel alicujus seu aliquor' usus vel usum, praescriptionis vel praescriptionum, seu alio legali modo quocunque,

que, aliquo tempore, vel aliquibus temporibus ante tunc habuissent, seu rationabiliter usi fuissent, aut exercuissent, habend', tenend', gaudend', & exercend' omnia & singula præmiss' præd' eisdem Majori & Communitati, ac Civibus civitat' London præd'; & successoribus suis in perpetuum, adeo plene, libere, & integre, ac in tam amplis modo & forma, prout in iisdem literis patentibus superius mentionantur fore data sive concessa, aut aliter usu, præscript', vel alio legali modo, seu jure quocunque ante tunc respectively habit', obtent', sive gavisia fuissent, ac si separatim, singularim, & nominatim in & per dictas literas patentes ipsius Dom' Regis nunc express', nominat', declarat', concess', & manifesta essent & fuissent, prout per easdem literas patentes (inter alia) plenius apparet. Et iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod post magnam illam conflagration' maximæ partis civitat' London præd', quæ fuit in mense Septembris, anno Dom' millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, ac alteration' in civit' & mercat' præd' perinde occasionat', diversæ controversiæ, & quæstiones ortæ fuer' infra eandem civitat' de & concernen' stabiliton' publicorum mercator' infra civit' ill', & denar' summar' per ligeos Dom' Regis pro victualibus & provisionibus in mercatis illis venditioni exposit' solubil', ac superinde præd' die Jovis decimo septimo die Septembris, anno regni dicti Dom' Regis nunc vicelesimo sexto supradicto, quidam Will' Hooker Miles, tunc Major civitat' præd' & Alderman', dictæ civitat', ac Communiarii, sive Cives de Comuni Concilio ejusdem civitatis, tunc existen' in Comuni Concilio suo infra eandem civitat' (scil' in præd' camera Guildhall civitatis illius, situat' in præd' parochia sancti Michaelis Bassishaw) ad tunc assemblat' secundum consuetudinem dictæ civitat', ac autoritate ejusdem Communis Concilii, fecer', constituer', & publicaver' quendam actum, sive ordination' pro meliori regulatione & gubernatione publicorum mercator' infra civitat' præd' tent', intitulat', *An Act for the Settlement and well ordering of the several publick Markets within the City of London*; per quem quidem actum sive ordination' (inter alia) recitando, quod cum pro accommodation' populi mercat' (Angl' *of Market People*) cum stallis, aedificiis, tectur' (Angl' *Shelter*) & aliis hujusmodi rebus necessariis, pro eor' stationibus in aliquibus mercat' infra civitat' ill', ac pro emundand', pavand', escurand', & munda custodiend' eadem, ac etiam pro sustinendo (Angl' *defraying*) incidend' onera reparationis & manutentionis dictorum mercator', & similiter ad gratificand' & munerand' curam & attendentiam talium personarum, qual' forent occupat' in eisdem, quædam rationabiles ratæ pro dict' accommodationibus & oneribus semper solut' fuissent; & ad intentionem quod dictæ ratæ forent certe & publice factæ omni populo mercatorio (Angl' *Market People*) per quod personæ, quæ extunc per ordinem illius cur' Com' Concilii occupat' forent, tanquam collectores vel receptores earundem ratar', prævenirentur a demandando, exigendo, seu recipiendo plus quam allocat' fuit per actum sive ordination' ill', ordinat' & inactitat' fuit autoritate ejusdem Com' Concilii (inter alia) quod omnes & quælibet persona & personæ, ad aliquod dict' mercator' accedend' ad commoditates suas vendend' & utterand', extunc solverent tali personæ seu personis, quales fuer' vel forent de tempore

in tempus appunctuat' ad capiend' & recipiend' proficua omnium, vel aliquor' dictor' mercator', ad usum Majoris & Communitat', ac Civium civitat' London, de & ab omni populo mercatorio adinde acceden', pro stallis, stationibus, & aliis accommodationibus suis in separal' mercatis præd', ut præfertur, secundum ratas sequen', & non amplius; videl', pro qualibet stalla sive station' de longitudine octo pedum, & latitudine quatuor pedum, pro venditione carnis aut piscis, duos solid' & sex denar' per septimanam; pro qualibet stalla sive statione de longitudine sex pedum, & latitudine quatuor pedum, duos solid' per septiman'; pro qualibet stalla sive statione de longitudine sex vel octo pedum, & latitudine quatuor pedum, pro aliis commoditatibus, tres denar' per diem; pro quolibet onere equino provision' non super stallas, vel sub publica tectur' (Angl' *Shelter*) duos denar' per diem; pro qualibet canistra (Angl' *Doffer*) consimilis provision', un' denar' per diem; pro qual' caretat' tract' cum non plur' quam tribus equis, quatuor denar' per diem; & pro qualibet caractat' tract' cum quat' equis vel pluribus, sex denar' per diem. Ac ulterius ordinat' & inactitat' fuit dicta autoritate, quod collectores aut receptores appunctuat' vel appunctuand', ut præfertur, haberent potestatem super obstinata denegatione seu dilatione alicujus populi mercatorii, ad solvend' respectivas ratas præd', illos ab eorum respectivis stationibus & locis amovere & dislocare. Et iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod eadem ratæ per actum sive ordinationem ill', ut præfertur, solvi ordinat', præd' tempore confectiois ordinationis illius, & extunc hucusque fuerant rationabiles, & adhuc rationabiles existunt; quodque ratæ & denariorum summæ per eundem actum sive ordinationem solvi ordinat', sunt omnes ratæ, tolnet', & denarior' summæ pro victualibus & provisionibus in mercat' præd' vendit', seu venditioni exposit' per aliquas personas a dicto tempore confectiois ejusdem ordinationis hucusque, ad usum Majoris & Communitat', ac Civium civitat' London solubil' & solut', quas quidem ratas sic solvi ordinat', & null' alias, iidem Major & Communitas, ac Cives civitat' London, a tempore actus sive ordinationis illius, ut præfertur, fact', hucusque exeger' & perceper' secundum formam & effectum ejusdem actus sive ordinationis; qui quidem actus sive ordinationis est eadem lex per ipsos Majorem & Communitat', ac Cives civitat' London superius de facto inactitat' & publicat', supposit' in præd' placito præd' Attorn' generalis superius replicando placitat' spec'; absque hoc, quod aliqua lex, actus, sive ordinationis pro levatione denar' præd' de personis ad mercata præd' accedent' cum victualibus & provisionibus ibid' vendend', inactitat' fact', sive publicat' fuit aliter, vel alio modo, quam iidem Major & Communitas, ac Cives civitatis London superius allegaver', prout idem Attorn' generalis pro dicto Dom' Rege nunc superius suppon', & hoc parat' sunt verificare. Et quoad resid' præd' placiti præd' Attornat' generalis in assign' forisfactur', ut præfertur, superius replicando placitat', iidem Major & Communitat', ac Cives civitat' London dicunt, quod vicelesimo quarto die Aprilis, anno regni dicti Dom' Regis nunc tricesimo, & per diversos annos tunc ult' elapsos, ac post eundem vicelesimum quartum diem Aprilis, infra hoc regnum Angl', & alibi, videlicet, apud London præd',

in præd' parochia sanct' Michaelis Bassishaw, proditoria & execrabilis conspiratio & conjuratio machinat' & profecut' fuit per Papistas (Angl' *Papists*) ad interficiend' & murdrand' Dom' Regem nunc, & ad alterand', mutand', & subvertend' antiquas gubernation' & leges ejusdem regni, & ad supprimend' veram religionem in eodem stabilit', & ad extirpandum & destruendum professores ejusdem religionis; quæ quidem conspiratio & conjuratio machinat' & profecut' fuer', & diversis locis, & per separal' vias & media, ac per magnum numerum personarum separal' qualitat' & graduum, quæ agebant & se occupaver' in eisdem, ad exequend' & perimplend' prædicta scelerata & proditoria machinationes & proposita; quodque postea, scilicet, vicesimo septimo die Septembris, anno tricesimo supradicto, Edmundus-Bury Godfrey, Miles, tunc unus Justiciar' Dom' Regis ad pacem in com' Midd' conservandum assignat', secundum officii & juramenti sui debitum, apud parochiam sancti Martini in campis, in eodem comitat' Midd', cepit examination' & information' de præfat' conspiratione & conjuratione, ac information', quod magna illa conflagratio maximæ partis civitatis London, quæ fuisset in mense Septembris, anno Dom' millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, fact' fuit per Papistas; posteaque per advisamentum, assensum, consilium, instigationem, & procurationem aliquorum dictorum conspiratorum, diversæ personæ in infidiis jacuer' & infecut' fuerunt præfat' Edmundus-Bury Godfrey diversis diebus, ea intentione, ad ipsum murdrand', videlicet, apud parochiam sanct' Mariæ le Savoy, in dicto comitat' Midd'; quod quidem murdrum postea, scilicet, duodecimo die Octobris, anno tricesimo supradicto, apud eandem parochiam, per eos perpetrat' & effectum fuit; ac perpetrat' & effectum fuit ea intentione, ad supprimendum examination' & information', quas ipse, ut præfertur, cepisset, & ad deterrend' & intimidand' magistrat' & al' ab agendo in ulteriori detectione conspirationis & conjurationis præd'; pro quo quidem murdro quidam Robertus Green,

Girald Clericus, Henricus Bury, Laurentius Hill, Dominic Kelley, & Filibertus Vernat, postea (scilicet, termino sanct' Hilarii, annis regni dict' Dom' Regis nunc tricesimo, & tricesimo primo) in curia Dom' Regis coram ipso Rege apud Westm', in dicto com' Midd', per quandam jurat' præd' ejusdem com' Midd', debita juris forma indictat' fuerunt; ad quod quidem indictamentum, postea (scilicet, eodem termino) præd' Robertus Green, Henricus Bury, & Laurentius Hill, separatim placitaver', quod ipsi non fuer' inde culpabiles, & de eo posuer' se super patriam; ac postea, scilicet, eodem termino sanct' Hilarii, in eadem cur' apud Westm' præd', pro dict' feloniam & murdro per jurat' patriæ præd', in debita juris forma triati fuerunt, & inde legitime convicti & attincti, prout per record' inde in eadem curia Dom' Regis coram ipso Rege apud Westm' præd' residen' plenius apparet. Quodque pro altis prodicionibus & proditoriis conspirationibus & conjurationibus præd' quidam Edwardus Coleman & Willielmus Ireland, Thomas Pickering & Johannes Grove, ac Thomas White alias Whitebread, Willielmus Harcourt alias Harrison, Johannes Fenwick, Johannes Gavan, & Antonius Turner, ac Richardus Langhorn, Arm', existen' Papistæ, & superstition' Romanam profitentes ante præd' decimum

tertium diem Januarii, anno tricesimo secundo supradicto, debito modo, & secundum legis hujus regni Angl' formam triat', convict' & attinct' fuer' (scilicet, præd' Edwardus Coleman termino sanct' Michaelis, anno regni Dom' Regis nunc tricesimo, in cur' Dom' Regis coram ipso Rege; eadem cur' apud Westm' in com' Midd' ad tunc & adhuc existen') prout per recordum & processum inde in eadem cur' residen' plenius apparet; ac præd' Willielmus Ireland, Thomas Pickering, & Johannes Grove, ad deliberation' gaolæ Dom' Regis de Newgate, tent' pro dicto com' Midd' apud Justice Hall in le Old Baily, in suburbiis dictæ civitatis London, in mense Decembris, anno tricesimo supradicto, prout per recordum & processum inde in custod' Custodis Rotulorum dict' com' Midd' reman' plenius apparet; ac præd' Thomas White alias Whitebread, Johannes Fenwick, Willielmus Harcourt alias Harrison, Johannes Gavan, & Antonius Turner, ad deliberationem gaolæ Dom' Regis de Newgate, tent' per adjournament' pro com' Midd' præd', apud præd' Justice Hall in le Old Baily, in suburbiis civitatis London, die Veneris decimo tertio die Junii, anno regni dict' Dom' Regis nunc tricesimo primo, prout per recordum & processum inde in custodia dict' Custodis Rotul' ejusdem com' Midd' remanen' plenius apparet; & præd' Rich' Langhorn ad deliberationem gaolæ Dom' Regis de Newgate, tent' per adjournament' pro dict' civit' London apud Justice Hall in le Old Baily, in parochia sanct' Sepulchri, in warda de Farrington extra London, die Sabbati decimo quarto die Junii, anno tricesimo primo supradict', prout per record' & process' inde in custod' Custodis Rotul' dict' civitat' London remanen' plenius apparet: quodque Willielmus comes Powis, Willielmus vicecomes Stafford, Henricus dom' Arundel de Wardor, Willielmus dom' Petre, & Johannes dom' Bellasis, tricesimo die Novembris, anno regni dict' Dom' Regis nunc tricesimo supradict', apud Westm' præd' in præd' com' Midd' de altis prodicionibus, & proditoriis conspirationibus & conjurationibus præd' legitime accusati, & super inde prisonæ Dom' Regis, scilicet, Turri London commiss' fuer', ibidem salvo custodiend', ac in custodia sic existen' iidem Williel' comes Powis, Williel' vicecomes Stafford, Henricus dom' Arundel de Wardor, Willielmus dom' Petre, & Johannes dom' Bellasis, ad session' parlamen' dict' Dom' Regis nunc, apud Westm' præd' decimo quinto die Martii, anno regni sui tricesimo primo, per prorogation' tent' per Communes hujus regni Angl' in eodem parlamento assemblat', coram Magnatib' & Procerib' ejusdem regni in parlamento illo convocat' & convent', de eo quod per multos annos tunc ult' præterit' proditoria & execrabilis conspiratio & conjuratio infra hoc regnum Angl', & alibi machinat' & profecut' fuit per Papistas, ad alterand', mutand', & subvertend' antiquas gubernation' & leges hujus regni & nationis, & ad supprimend' veram religionem in eisdem stabilit', & ad extirpand' & destruend' professores inde; quæ quidem conspiratio & conjuratio machinat' & profecut' fuisset in diversis locis, & per separal' vias & media, & per magnum numerum personarum separal' qualitat' & graduum, quæ agebant in eisdem, & intendebant per inde ad exequend' & consummand' præd' scelerat' & proditorias machinationes & proposita. Quodque dic' Willielmus comes Powis, Willielmus vicecomes

Stafford, Henricus dom' Arundel de Wardor, Willielmus dom' Petre, & Johannes dom' Bellasis, simul cum Phil' Howard, communiter voc' Cardinal de Norf. Thoma White alias Whitebread, com' voc' Provincial' Jesuitar' in Anglia, Rich' Strange nuper voc' Provincial' Jesuitar' in Anglia, Vincent, com' voc' Provincial' Dominor' in Anglia, Jacobo Cooper com' voc' Præfident' Benedictinor', Johanne Warner alias Clare Baronetto, Williel' Harcourt, Johanne Keins, Nicho' Blundel, Pool, Edwar' Mico, Thoma Bedinfield alias Benefield, Basil' Langworth, Carolo Peters, Rich' Peters, Joan' Conyers, Dom' Georgio Wakeman (Anglice *Sir George Wakeman*) Thoma Fenwick, Dominick Kelly, Fitz-Gerald, Evers, Dom' Thoma Preston (Anglice *Sir Thomas Preston*) Willielm' Lovel, *Jesuitis*, Dom' Baltemore, Johanne Carrel, Johanne Townly, Rich' Langhorn, Willielm' Fogarty, Thoma Penny, Matthæo Medbourne, Edward' Coleman, Willielm' Ireland, Johanne Grove, Thoma Pickering, Johanne Smith, & diversis aliis Jesuitis, sacerdotib', fratrib' (Angl' *Friers*) & aliis personis, ut falsi proditores Dom' Regi nunc, & huic Regno infra Tempus ult' præd' proditorie consulissent, machinat' fuissent & egissent, ad & pro consummatione dict' improbar' perniciosar' & proditoriar' machination', & ea de causa nequissime & proditorie agreassent, conspirassent, & determinassent imprisonare, deponere, & murdrare sacram Majestatem Dom' Regis nunc, & ipsum de regali statu, corona, & dignitate suis deprivare, & per maliciosam & adversat' Locutionem, Scriptionem, & alit' declarassent tal' sua proposita & intentiones, ac etiam hoc Regnum & Nationem Papæ & tyrannicæ suæ Gubernationi subicere, & status & hæreditates Protestant' subdit' Dom' Regis seizare, & int' sese partiri, ac erigere & restituere Abbatias, Monasteria, & al' Convent' & Societates, quæ dudum per Leges hujus Regni pro superstitione & idololatria suis suppress' fuissent, & eis tradere & restituere terras & possessiones in Dom' Rege nunc & subditis suis per Leges & Statuta hujus Regni vestit', ac etiam nova Monasteria & Conventus fundare & erigere & omnes Protestant' Episcopos, & al' personas Ecclesiasticas ab officiis, beneficiis, & promotionib' suis amovere & deprivare, & eodem modo personam Dom' Regis nunc destruere, Protestantem Religionem extirpare, jura, libertates & proprietates omnium probor' subditor' Dom' Regis evertere, legalem gubernationem hujus Regni subvertere, & idem Tyrannidi sedis Romanæ subicere. Quodq; dic' Conspiratores & eorum participes & confederatores proditorie habuissent & tenuissent separales conventiones, assemblationes, & consultationes, in quibus inter eos machinat' & designat' fuissent, quæ media uterentur, & quæ personæ & Instrumenta impens' forent ad Dom' Regem nunc murdrand', & ad tunc & ibidem determinassent id efficere per venefic', displosionem (Angl' *Shooting*) perforationem (Angl' *Stabbing*) vel aliqua tal' vias & media, & obtulissent munera & promissiones de advantag' separalib' personis ad idem exequend', ac conduxissent & impendissent separales improbas personas ire ad Windsor, & alia loca ubi Dom' Rex residebat, ad ipsum Dom' Regem murdrand' & destruend', quæ quidem personæ, seu earum aliqu' talia munera acceptassent, & perpetrationem inde suscepissent, & actualit' &

dic' loca intentione & proposito ill' ivissent. Quodq; dic' Conspiratores ad melius perimplend' proditorias suas machinationes consulissent ad levand', ac procurassent & levassent homines, monetam, equos, arma & ammunitionem, ac etiam applicationem fecissent ad, & tractassent & correspondissent cum Papa, ejus Cardinalib', Nunciis & Agentib', & aliis forinsecis ministris & personis, ad levand' & obtinend' supplementa (Angl' *Supplies*) homin', monet', armor' & ammunitionis, cum eisdem facere, levare & excitare guerram, rebellionem & tumultus infra hoc Regn' & idem invadere cum virib' forinsecis, & deprehendere (Angl' *to surprize*) sefire & destruere Regiæ Majestatis classem (Angl' *Navy*) fortalitia (Angl' *Forts*) armamentaria (Angl' *Magazines*) & loca fortia (Angl' *Places of Strength*) infra hoc Regn', super quo calamitates guerræ, murdra innocenc' subditor', viror', mulier' & liberor', conflagrationes, rapinæ, devastationes & al' tremend' miseriæ & exitia inevitabil' insequerentur, in ruinam & destructionem hujus nationis; & quod dic' conspiratores procurassent, & acceptassent, ac deliberassent separal' instrumenta, commissiones, & potestates fact' & concess' per aut subt' Papam vel al' illicitam & usurpat' autoritatem, ad levand' & disponend' homines, monetam, arma, & al' necessaria pro eor' sceleratis & proditoriis machinationibus, ac nominatim Commissionem pro dic' Henrico Dom' Arundel de Wardor fore Dom' Cancellar' Angl', aliam Commission' dic' Willielm' Comit' Powis fore Dom' Thesaurarium Angl', aliam Commission' dic' Johanne Dom' Bellasis fore ducem General' (Angl' *General*) ad exercitus levand', al' Commissionem dic' Willielmo Dom' Petre fore locum tenen' ducis General, (Angl' *Lieutenant General*) dic' exercitus & potestatem Angl' (*a Power*) pro dic' Willielmo Vicecomite Stafford fore Expenditorem (Angl' *Paymaster*) exercitus illius. Quodq; in ordine ad animand' seiplos in prosecutione dictar' sceleratar' conjurationum, conspiracy & proditorie, & ad celand' & impediend' detectionem earundem, & ad seiplos a justitia & punitione securand' Conspiratores præd' participes & confederatores sui usi fuissent multis impiis & diabolicis praxib', videl', causassent sacerdotes suos administrare dic' Conspiratorib' juramentum taciturnitatis (Angl' *of Secrecy*) una cum eor' sacramento, ac etiam causassent dic' Sacerdotes suos super Confessionib' dare absolutiones suas sub conditione, quod ipsi concelarent dic' Conspirationem', ac cum circa mensem Septembris tunc ult' præterit' Edmundbury Godfrey miles Justic' pacis secundum juramenti & officii sui debit' cepisset separal' examinationes & informationes concern' præfat' conspiracy & conjurationem, dic' conspiratores, seu eor' aliqui, per advisamentum, assensum, consil' & instigationem resid' eor' incitassent & procurassent diversas personas in insidiis jacere, & insequi præfat' Edmundbury Godfrey diversis dieb' ea intentione ad ipsum murdrand', quod postea per eos perpetrat' & effectum fuit (pro quib' quidem horridis criminib' & offensis Robertus Green, Henricus Berry, & Laurentius Hill, postea attincti fuissent, ac Dominick Kelley & Gerald, & alii fugam fecissent pro eisdem) post quod quid' murdrum, & antequam cadaver invent' fuit, vel murdrum cognitum aliquibus nisi participibus, in eodem dic' person' false retuler' quod vivus fuit, & privatim maritat', & postquam cadaver invent' fuit

fuit, disperfer' fallam & malitiosam relationem, quod ipse seipsum murdrasset. Quod quidem murdrum commissum fuit ea intentione, ad celand' & supprimend' evidentiam quam ipse cepisset, ac de qua notitiam habuit, & intimidand' & deterrend' Magistrat' & alios ab agendo in ulteriori detectione conspirationis & conjurationis præd', ea etiam intentione dic' Edmundbury Godfrey, dum vivus fuit, per eos ac participes & fautores suos minatus & deterritus fuit in ejus prosecutione inde, quodq' de eor' ulteriori malicia scelerate machinati fuissent perquam plurimas suggestiones impon' imputationem & culpam præd' horridor' & detestabil' criminum super Protestantes, ita quod perinde ipsimet evitarent punitiones, quas juste meruissent, & exponerent Protestantes scandalo magno, & eos subjicerent prosecutioni & oppressioni in omnibus regnis & patriis, ubi Romana Religio recepta & professata fuit. Quodque omnia ill' prodictiones, crimina & offensæ præmentionat' fuer' machinat', commisit', perpetrat', acta & facta per præd' Willielm' Comitem Powis, Willielm' Vicecomitem Stafford, Willielmum Dom' Petre, Henricum Dom' Arundel de Wardor, & Johannem Dom' Bellasi, ac alios conspiratores præd' contr' Dom' Regem nunc, Coronam & Dignitat' suas, ac contr' Leges & Statuta hujus Regni secund' Leges & consuetudinem Parliament' impetit' fuer' ac inde debite onerat', & in Prifona præd' ea occasione detent', prout per Record' & process' inde int' Recorda Parliament' remanent' plenius apparet. Et iidem Major & Communitas ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod in Session' præd' Parliamenti dic' Dom' Regis nunc, apud Westm' præd' per prorogation' tent' super prædict' vicesimum primum diem Octobris, Anno Regni dicti Domini Regis nunc tricesimo secundo supraddict', in replicatione præd' mentionat' ad inchoation' ejusdem Sessionis Dom' Rex nunc, ex maxima régali cura & sedulitate sua pro præservatione Religionis Protestan' & subditor' a periculis per Papisticas Conspiraciones imminen', per ejus gratiosam oration' ambab' domibus ejusdem Parliamenti adtunc & ibidem fact' & allocut', inter alia recommendavit Dom' & Commun' in Parlamento illo assemblat', ad proseguend' ulteriorem examinationem Conspiration' præd' cum stricta & impariali inquisitione, & eis tunc dixit, quod ipse non putavit seipsum neque ipsos secur' quousque materia illa plenarie perageretur. Ac ideo quod necessar' foret, quod præd' Dom' in præd' prifona Turris London ad celerem triation' suam adducerentur, quod Justicia fieret. Et iidem Major & Communitas ac Cives civitat' London ulterius dicunt, quod postea in eadem Session' Parliamenti utraque domus Parliamenti illius in prosecution' dic' direction' Dom' Regis strictam & imparialem inquisition' de præd' conspiratione fecer', & super inquisition' ill' declaraver', quod fuisset horribilis conspiratio & conjuratio per Papistas contra personam dic' Dom' Regis & Gubernation' suam, quæ tunc continuabant; ac Commun' in eodem Parlamento assemblat' ulterius declaraverunt, quod conspiratio & conjuratio ill' supportat' & prosecut' fuissent per poten' & irrequiet' molimina & machinationes, præsertim duran' tunc nuperis recessib' Parliamenti, & postea in eadem Sessione Parliamenti Dom' Spirituales & Temporales ac Communes in eodem Parlamento assemblat', eorum humilem Supplicationem (Angl'

Address) eidem Dom' Regi apud Westm' præd' fecer' & exhibuer', in forma sequen', videl', Quod ipsi Subditi Regiæ suæ Majestatis obsequentissimi & fidelissimi Dom' Spirituales & Temporales, ac Communes in tunc præfenti Parlamento illo assemblat', profunde sensibiles existen' de tristi & calamitosa conditione hujus Regni, præcipue per impias & horrendas Conspiraciones Papalis Factionis causat', quæ non solum destructionem Regalis Personæ Regiæ suæ Majestatis, verum etiam totalem subversionem Gubernat' & veræ Religion' in hoc Regno Angl' stabilit' conspiravisset & intendisset, ac invenien' easdem detestabiles machinationes adtunc obstinate per eandem Factionem prosecut', tam fovendo divisiones inter Majestatis suæ fideles Subdit' Protestan', quam per omnes al' nequissimas machinationes, non obstant' quamplurimis detectionibus inde (magna Dei misericordia & mirabili providentia) tunc nuper in lucem prolat', quæ omnia tremenda judicia tunc fuer' super hoc Regnum impendent' pro pluribus & gravibus suis peccatis, quam meritissime ac alit' humana ratione evitari nequibant, quam per benediction' Dei particularem super consultationes & conamina magni Concilii ipsius Dom' Regis tunc in Parlamento assemblat', in omni humilitate Regiæ suæ Majestati supplicaver', quod per Proclamation' suam Regalem dies solemnit' foret dedicat', in quo tam ipsi, quam omnes ipsius Dom' Regis Subdit' per jejuni' & preces Deo omnipotenti reconciliationem conarentur. Ac cum cordibus humilibus & penitentibus eum implorarent, per ejus potentiam & bonitatem, ad judicia ill' divertend', & ad impia consilia & machinationes inimicorum suorum frustrand', ad corda fidelium Protestan' Subdit' dict' Dom' Regis uniend', & ad misericordiam suam & Evangelii sui lumen eidem Domino Regi & dictis Subdit' suis, & eor' Posteritat' continuand', ac præcipue ad abundantes benedictiones suas super sacram Majestatem ipsius Dom' Regis & tunc præsen' Parliament' impendend', quod consultationes & conamina eor' honorem, incolumitatem, & prosperitatem Regiæ suæ Majestati ac Populo suo producerent; & superinde dictus Dominus Rex nunc duran' dicta Sessione Parliamenti, scilicet secundo die Decembris anno Regni sui tricesimo secundo supraddicto, per proclamationem suam Regalem sub magno sigillo suo Angl' sigillat' gerent' dat' apud Westm' eisdem die & anno, recitando, quod cum Dom' Spirituales & Temporales ac Communes in Parlamento illo assemblat' per eor' Supplication' (Angl' *Address*) eidem Domino Regi exhibit', notum ei fecissent, quod ipsi profunde sensibiles fuer' de tristi & calamitosa conditione hujus Regni per impias & horrendas Conspiraciones Papalis Factionis causat', quæ non solum destructionem Regalis Personæ Regiæ suæ Majestatis, verum etiam total' subversionem Gubernat' & veræ Religionis apud ipsum Regem & Subditos suos stabilit', conspiravisset & intendisset; quodque eadem detestabiles machinationes adtunc obstinate per eandem Factionem prosecut' fuer', tam fovendo divisiones int' ejus fideles Subdit' Protestan', quam per omnes al' nequissimas machinationes, non obstant' quamplurimis detectionibus inde (magna Dei misericordia & mirabili providentia) tunc nuper in lucem prolat', quæ omnia tremenda judicia tunc fuer' super eundem Dom' Regem & dictos Subdit' suos impendend' pro pluribus & gravibus suis peccatis, quam meritissime ac alit' humana ratione præve-

